Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



accipiant. ‚poscant incorruptibilem; Ego igitur
sic curro non quasi in incertum. ‚sic pugno non quasi
aer uerberans. Moyses ergo quia magnus erat
et potens athleta descendit in aegyptum. ‚descendit
ad agones et exercitia uirtutum; sed et abraha
descendit in aegyptum. ‚quia erat et ipse magnus et
potens athleta; sicut de iacob quid dicam qui
ipso nomine athleta est. Luctatur enim et sub
plantator interpretatur. ‚ideo cum descendisset
in LXXV animabus in aegyptum iacob. factus
est sicut stellae caeli in multitudine; sed non omnis
qui descendunt in aegyptum ita pugnant et ita
expediunt agones ut in multitudine fiant et ut
stellae caeli multiplicentur. ‚Nunc in contrario
cedit descendisse in aegyptum; scio ego hiero
boam fugientem a salomone descendisse in ae
gyptum et non solum non crescisse in multitu
dinem. sed scidisse et corrupisse populum dei. ‚quia
descendens in aegyptum. accepit a susachim re
gem uxorem thecumenae uxoris eius sororem;
sed interim uenit iethro ad moysen adducens secu
filiam suam uxorem moysi et filios eius. ‚et
uenit inquit aaron et omnes presbiteri israel
manducare panem cum socero moysi in con